

B R E V I S  
I A P A N I A E  
I N S V L A E D E S C R I -  
P T I O , A C R E R V M

Q V A R V N D A M I N E A M I R A .

biliū; à Patribus Societatis I E -  
S V nuper gestarum, suc -  
cincta narratio.

I T E M , I N S I G N E Q V O D D A M M A R -  
tyrium, quod in Aphrica quidam pro Christia -  
na religione Catholica inuita  
constantia subiit.



C O L O N I A E A G R I P P I N A E ,  
In Officina Birckmannica.

A N N O c I . I X . LXXXII .

Cum Privilegio Sacr. Cesarea Majestatis.

# LECTORI SALVTEM IN DOMINO.



N V I C T A Christi fides & castissima religio, licet in hac nostra Europa immanissimis erroribus atque sceleribus quotidie Cacodæmonis machinatione impugnetur, vincit tamen, & caput victrix proferens in remotissimis & incognitis orbis partibus, Societatis Iesu ministerio, pios omnes Europæos consolatur, promissionum Christi fidem augget, & nihil de Ecclesia sponsa Christi contemptim sentire per animi abiectionem hoc exulceratissimo rerum statu patietur. Impios autem, qui in re omnium sanctissima, parasitorum more ludunt, & verbū Dei catupontur perpetrefacere, & solicitos merito tenere debet, ne forte funestum illud tempus illis immineat, quo ablato regno Dei, compleatur terribile illud Esaïæ prophetæ oraculum: Gens & regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Porro Iapania, de cuius conuersione, multa cum ex prioribus epistolis, ty-

EPISTOLA  
REVERENDI IN  
CHRISTO PATRIS LODO-  
uici Froes ex Iaponia insula de rebus in  
ea gestis, ad Patres Societatis Iesu  
Octauo Id. Iunij. cl. I.  
LXXVII. trans-  
cripta.



V M intelligeremus Christianos  
per Europam homines non medio-  
crem percipere voluptatem ex ijs  
rebus, quæ hinc è Iaponia ad ipsos  
perferuntur; equidem valde defy-  
derabam opportunitatem mihi dari res omnes noui  
huius Christianismi summatim in acta referendi.  
Quoniam verò multijugis obruimur occupationibus  
atque adeò indies, tamquam infidelium gladiis  
expositi, incerti viuimus, dignosne nos Deus habi-  
turus sit, qui sanguinem nostrum & vitam in sacrosan-  
cta fidei defensione profundamus, multa, quæ tamen  
scribi mereantur, omittens, intra vnius eorum, quæ  
hactenus his in oris acciderunt, rei gestæ, & quidem  
maximi momenti, historiam me contrahens, hanc  
carptim, breuitérque enarrando perstringam. Sed e-  
nīnu in primis vobis sciendum est, nos in hac, eaque am-  
plissima insula viginti supra tres nostra Societatis  
homines, totidemq; qui albo nostro inscribi

A 4 defy-

A IVZMI A M O S A I  
APOGRAPHVM CV.  
IVSDAM EPISTOLAE PA-  
TRIS ORGANTINI DATAE EX  
lapona, ad Visitatorem India-  
rum, vigesima Septemb.  
cōs. LXXVII.



*Ngens solatum ex tuae Paternita-  
tis literis, tum & non contemnendo  
operariorum numero, quos presen-  
ti anno in hanc messem ad nos mi-  
sisti, perceperimus. Quo quidē subsi-  
dio recepi o mirifice recreati sumus, prorsusq; anima-  
ti, ut nullo deinceps cū fastidio in operoso hoc negotio  
nos exerceamus. Quae nuper admodū ex locis Meaco  
vicinis nobis nūciata sunt, gratissima fuere auditu, vt  
pote quod fides Christiana nūc e impedimento latissi-  
mè propagetur. Evidem gaudium hoc nostrum ex ea  
successu conceptum, alijs putauit impartiendum. Scri-  
psi itaq; de ijs rebus ad Patrem Franciscum Cabralē  
fusissimè, vt scriptum illud, aut saltem exemplar nar-  
rationis ad te deferendum curaret, quod utiq; factu-  
rum confido, continentur etenim multa, que omnium  
certè piorum animos magna consolatione subleuent.  
At imprimis recensetur ab initio Quadragesima ad  
hunc usque diem ultra septem millia hominum ab i-  
dolorum cultu ad Christianæ vita rationem traduc-  
ta, & spem esse multi plures breui in viam hanc sa-  
lutis reuocatum iri. Cum tamen verendum sit, ne ob  
pauci-*

AD VISITATOREM INDIAR. 37  
pidis iactum à pagodo illo creixerunt, vt demonio ei  
hoc obiecto irritatam magis magis quod rabiem, & dolo  
rem augerent. Plura vt scribā non vacat: auocor nan-  
que vt confessionem recipiam à Christianis Cauachi,  
qui iam ad bellum accincti initia triduum in expedi-  
tionem prosectori sunt. Sanctis sacrificijs, & oratio-  
nibus tua Paternitatis vt plurimum me commendo.  
Meaco Diui Matthaifesto. 1577.

Tuꝝ Paternitatis seruus,  
& filius in Christo,  
Organtinus.

APOGRAPHVM EPI-  
STOLAE PATRIS IOAN-  
NIS FRANCISCI STEPHANO-  
ni, date ex Meaco ad Patrem Visi-  
tatem, Mense Au-  
gusto. 1577.

**A**NNO proxime elapso scripsi Paternitati  
tue, ijs consolationibus erectus, quibus solis  
Deus Opti. Maxim. conscius est anim: am  
meam in erbas mundi afflictiones tran-  
quillitati redditam expleri. Ideoque, quantumvis tam  
remotis in orbis partibus constitutus essem, vt nihil à  
Paternitate tua literarum recipere potuerim, sic circò  
tamen omittere noluit, quin officium hoc suum his pau-  
cis praeuenirem. A nosrie nuntiatur in columnes esse ip-  
sos, & diuina indulgentia gratia, benè se habere om-  
nia.

## AD VISITATOREM INDIAR. 39

iamen luminis, & intellectus ei Deus largitus est, vt ad interrogata omnia satis commodè responderet. Omitto infinita alia, qua quidem scriptiōnem merētur, ob otij inopiam, nam et hesterno die trecentis hominibus baptisma contuli, & hodie etiamnum ad idem opus accingor. Ne Paternitas interim tua huius negotij memoriam, & curam deponat: procuret autem ut operarij nobis mittantur, qui nobiscum optimam hanc messem colligant. E Sanga, glorioſi Apostoli Diui Iacobi Vigilia. 1577.

Tuæ Reueren. Patris indignus seruus, Ioannes Franciscus.

## APOGRAPHVM EPI STOLAE PATRIS FRAN- CISCICABRALIS AD REVE- rendum Patrem Generalem Co- cinocui, Calen. Septemb. clo. 15. LXVII.



Vandoquidem anno nouissimè exacto datis ad Paternitatem tuam literis, articulatè prosecutus sim quanto cū fructu Deus Dominus noster dignatus fit in his Iaponæ oris operari, cum quadraginta millium numerū excesserint, qui diuersis in locis sacrū Baptismum receperunt, in presentia breuiter percurram, quicquid diuina auxiliante gratia presente hoc anno 7. gestum

F. est

EXEMPLVM EPI-  
STOLAE P. FRANCISCI  
DE CASTRO SACERDOTIS SO-  
cietatis Iesu, ad P. Laurentium Xara  
ex Hispanica lingua in Latini-  
nam conuersæ.



Xponam his literis quod R. V. gratissimum fore  
existimat martyrium illustre quod hoc ipso anno  
1580. Maroci subiit Petrus quidam Elcius ciuitatis  
Madridiensis. ex certa, ac fideli narratione, qua  
inde ad nos misit Reuerend. P. Frater Ignatius  
Prouincial. Trinitatis, qui in Africam ad redimendos capti-  
vatos traiecerat.

Erat Maroci Petrus hic Elcius Madridiæ natu, cui, quo-  
miam vulgo fidem Christianam prodidisse ex signis quibusdam  
externis putabatur, Hameter incolæ nomen imposuerunt. Hic  
vitam illam pertœsin, ut se in Hispaniam reciperet communi-  
caso cum quibusdam consilio clanculum inde discessit die 27.  
Decembris anni 79. die Iouis mane, & vna cum illo Questor  
Regius item Hispanus, & seruus Lusitanus, & Maurus qui-  
dam. omnes in equis Aliquantum urbe progressi in equites  
duos Mauros inciderunt, à quibus comiter digressi vereri ce-  
perunt, ne ab ijs, quod valde probabile erat, proderentur. Itaq;  
consultantes inter se num iter prosequendum, an magis omni-  
no desistendum esset, deniq; progredi decernunt: Verū regia via  
relictane ab insequentibus innenirentur. montem, qui primum  
occurrebat, transuersum secantes, quanta maxima poterant  
festinatione Fezium petebant. Hic cum nox primum illos in-  
uasisset, deinde ingens pluvia, & tenebrae, neque iter cognoscere possent, ac ne ubi quidem pedem sifferent, videre, deni-  
que propè Azamor ad quatuor passuum millia sub lucem eua-  
serunt, in ipsas hostium manus, à quibus illico comprehensi ad  
oppidum pertrahuntur. Inde postea Regis iussu Marocum tra-  
ducti die 16. Ianuarij sub vesperam diei veneris, ac sequenti  
luce